UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Adversvs Omnia Catabaptistarvm Prava Dogmata Heinrychi Bullingeri lib. IIII

Bullinger, Heinrich

Tigvri, 1535

VD16 B 9759

Rückdeckel

urn:nbn:de:hbz:466:1-35433

Visual Library

August. epist. 48.

Si semper esset laudabile persequutionem pati, sufficeret Domino dicere; Beati qui persequutionem patiuntur, nec adderet, propter iustitiam. Item, si semper esset culpabile persequutionem facere, non scriptum esset in sacris literis: Detrahentem proximo suo occulte hunc persequebar. Aliquando ergo & qui eam patitur iniustus est, & qui eam facit, iustus est. Sed plane semper & mali persequuti sunt bonos, & boni persequuti sunt malos illi nocendo per iniustitiam, illi consulendo per disciplinam illi immaniter, illi temperanter, Illi servientes cupiditati, illi charitati. Nam qui trucidat non considerat, quomodo laniat qui autem curat, considerat quomodo secet. Ille enim persequitur sanitatem ille putredinem. Occiderunt impij Prophetas; occiderunt impios & prophetae: flagellaverunt Iudaei Christum, Iudaeos flagellavit & Christus: traditi sunt Apostoli ab hominibus potestati humanae tradiderunt & Apostoli homines potestati Sathanae.
In ijs omnibus quid attenditur nisi quis eorum pro veritate, quis pro iniquitate, quis nocendi causa, quis emendandi. Non ergo similitudo poenae facit martyres: Scelerati enim pari habere similem martyris poenam, sed tamen dissimilem causam. Tres erant in Cruce, unus Salvator, alter salvandus, alius condemnandus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN